

num Episcopum super negotio Terre sancte dirigimus habetur expressum, ut tu et Prelati tue prouincie, tam regulares quam seculares tamque exempti quam non exempti quos per te prout in eisdem litteris exprimitur, ad prouinciale Concilium uolumus conuocari, celeriter conuenientes in vnum, et deliberantes sollicite super toto negotio supradicto, nobis quod super hijs in eodem fuerit deliberatum Concilio, per viros ydoneos et discretos, ac sufficienter instructos, propter hoc ad sedem apostolicam destinandos, usque ad festum purificationis beate virginis primo uenturum, studeatis quanto magis intimare, prout in eisdem litteris, tu et ijdem Prelati uidebitis plenius et serius contineri. Quia uero propter impedimenta uaria et diuersa, et uiarum discrimina, que in itineribus frequenter occurrunt, prefatus Episcopus sic ad partes ipsas festinanter fortasse non poterit peruenire, tibi que dirigere litteras supradictas, ut infra predictum festum eodem celebrato Consilio et deliberatione secuta, huiusmodi tui et Prelatorum ipsorum nuncijs, ad apostolicam sedem personaliter ualeant se conferre volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus, receptis nostris litteris supradictis, quam cito poteris concilium celebres memoratum, et deliberationem ipsius per viros ydoneos prout superius est expressum, dilatione sumnota qualibet, nobis una cum Prelatis eisdem significare procures. Dat. apud Urbem ueterem VII. Calend. Octobr. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Blybullan bortfallen, I hörnet på uppvecket; M. de Fract. de Cur.

1053.

1292.

CARL GUSTAFS SONS testamentariska anordning af sin qvarlåtenskap.

A. 6. a. 2.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti amen, Ego KARULUS GÖSTASSON, anime mee salubriter cupiens prouidere, testamentum meum condo in hunc modum, Fratribus predicatoribus skeningie apud quos eligo sepulturam lego sexaginta marcas den. & .X. marcas puri, de domino .b. quondam episcopo lincopensi requirendas in quibus michi tenebatur, Item .LXXX. marcas puri pro cruce mea redimenda, ita tamen diuidenda, XII. marcas pro expensa illius qui vadit cum oblacione mea ad terram sanctam, XX:ti marcas pro anima mea. & X. pro anima patris mei, & X. pro anima matris mee et decem marcas pro anima dominj Johannis philippj, & decem pro animabus omnium, a quibus aliquid iniu-

Sv. Diplom. II.

17

ste habueram, & VIII. marcas pro animabus famulorum meorum mortuorum, quibus in stipendiis non satisfacj pro seruitute, & cuilibet claustro in swecia, III. marcas den. præter illis quibus plus dederam, videlicet claustro sororum skeningie, cui dabo predium meum in budhamar ista condicione, vt soror katerina ibidem, redditus de eodem habeat in diebus suis ad vsus suos, & post ipsam mortuam, claustum habeat illud idem, Claustro westraarus decem marcas den. Claustro in Eskilstunum, .V. marcas den, Jtem fratribus in strengiænes, VII. marcas den: Jtem fratribus Enecopie III:or marcas den. cum dimidia, Jtem claustro in Fødhø, XX:ti marcas den. Jtem claustro in sko, VI. marcas den. Jtem fratribus østraaros, III:or marcas den, Jtem fratribus in Abo. IX. marcas den. pro anima mea & famulorum meorum, Jtem Priorj habraham timbriam pellium variarum & similiter claustro dÿnæmunæ Petro stikkæ uel suis heredibus .I. marcam argentj. Fratribus predicatoribus in wisby .I. marcam argentj, Fratribus minoribus ibidem .I. marcam argentj Ospitali in guthlandia .I. marcam argenti, Claustro monialium ibidem, .I. marcam argenti. Griseis ibidem .I. marcam argenti: Jtem cuilibet ecclesie cathedrali decem marchas den. Elauo de resum, X. marcas den. Ecclesie strengiænsi .X. marcas puri de heredibus domini .B. quondam lincopensis episcopi requirendas, in quibus mihi tenebatur, Jtem fratribus predicatoribus Ræwalie, VI. marcas den. & monialibus ibidem .VI. marcas den. Jtem cuilibet ecclesie vbi curias habeo patrimoniales, & matrimoniales .I. marcam den. & marcam sacerdoti, Kanuto Jonson: vnum hærniskæ & vnum gladium que ambo possedit pater suus, Agmundo dotersson. dextrarium meum griseum cum sella noua, & dextrarium meum blaë Agmundo qui est cum domino benedicto pætersson. sorori mee Jngiburgi .XX:ti thÿnones brasej, & vnum talentum nauale cupri, Amite sue doter, XII. marcas den. Ragnfridi amite sue .XII. marcas den. Coniugi hemmingi ysacson. .IX. marcas den. Jtem gertrudi olafs, X. marcas den. coniugi hemmingi dyakn, X. marcas den. Sigridi .X. marcas den., Helene .X. marcas den. Cristine X. marcas den. Luscio sacerdoti meo. XX:ti marcas den. Elauo botolfson. .X. marcas den. Ingridi vilice de læchiu, V. marcas den. Elauo dreggiæbassæ, III. marcas den. Thordoni gaas V. marcas den. øaro Wafra, vnum equum rubeum, & herniskyu, & copertura, Johanni aggæson, vnum equum, Johanni stekar, XX:ti marcas den. Elauo brodhorson, XX:ti marcas den. Martino. VI. marcas den. & illud quod tenebatur michi pro omicidio sibi indulgeo, Jngiwasto vnum folæ. & vnum copertura, Baggoni vnum folæ, siggoni fant, vnum folæ, Jacobo swenska dimidiam lestam Annone, Ragwaldo vnum folæ. Ragwaldo dicto aþha. vigintj marcas denariorum Executores huius testamentj mei constituo, venerabiles viros, Dominum. L. episcopum lincopensem, Dominum Swantapulk, Dominum Ni-

cholaum sigridhæsun Dominum thoçirum kietilsun, Dominum Magnum cristinaesun, quorum sigillis vna cum sigillo meo, presentes postulo roborari, Actum anno domini M^oCC^o, Nonagesimo secundo,

Sigillen: 1, 2, 4, 5 andeligt, något skadade; 3, 6 bortfallne.

1054.

1292.

Skara.

STYLKE HARWES intyg att han af Dom-Prosten Bengt Tuneson i Skara erhållit till begagnande i sin lifstid en trågård, med tillstånd att der bygga så mycket han behagade, men att trågården efter hans död åter bör till Domkyrkan hemfalla.

B. 7. 16.

Omnibus apud quos presens scriptum innotuerit STYLKO dictus harwi salutem in domino sempiternam Nouerint Vniuersi tam posteri quam presentes quod dominus benedictus twnason prepositus scarensis concessit mihi vnam partem pomerij sui quam diu vixero & dedit mihi licenciam quando-cumque voluero in eadem edificia construendi post me autem ecclesia beate virginis predictam partem pomerij reuocabit & posteri mei edificia tollent & pro suis placitis ordinabunt In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Datum scaris anno domini M^oCC^oXCII^o.

1055.

1292. d. 18 Jan.

Hermannekulla.

NILS RAGWALDS SONS i Hermannekulla gåfvobref på en utjord Grönlund till Åsbo kyrka.

G, 1. *)

*Extraherat utur Assess. Peder Andersson
Törnskiöldz gamla Act. fol. 121.*

Extract af ett Pergamentzbref som finnes i Åsbo kyrckia angående klockareflotten i Grönlundh.

Görie allom manom sum tessum mine breswe föriekomme, bekenner iag NILS RAGWALDERSSON i Hermannekulla, att iag af rätom kärlekom och godom betencktom willia hafwer gifwit till mino kyrckio Ossbehult ena Kth-iordh räntta ena örtige Svenska, sum minum rätta Fädernes äre, liggiandes sunnerst och Norderst i Gröneste Lunden, thet Grönehult kallas, att the sum lius tända och klocko ringia måge Jungfru Mariæ Lott och

*) Äfven detta, vid slutet af 1600:talet på papper gjorda så kallade extract af en gammal urkund, har man ansett sig icke böra förbigå.